id solum mentem illuminabat inter tot angustiarum perturbationes anga=
rianit verum ipsa quoque pestis quae multos perimebant singulis diebus circiter,
plurimum eum affligebat, ipsaque conscientia quod sacra audire non liceret,
Consulto igitur itineri se commisit et Lugdunum Battavorum profectus Mansit
per aliquot dies Amstelredami in hospitio cum oratore regis Indiarum
ad hollandos misso ut earum gentium mores notaret quemadmodum
egit et ab iis plurima etiam circa medicinam praesertim et mechanica
didicit, habuit ab iisdem naturalia quaedam praesertim Indicas tigres
quas pro lyceo conservavit. Lugduni visitavit Scaligerum, et Clu=
sium utrumque amicos lynceorum fecit, Inde Enckhuse Paludani museum
et ipsum etiam aspexit. Mox Texel se contulit ibi navem ascendit et
per littora

In Norvegia plurimis observatis notatu dignis praesertim quae ad her=
bas et arcana naturae spectant pr

Hic frater ex Italia attulit pr. Cleuagi epistolam Iohannem cuique Daniae rex sed Bergae sedit.
Ibi regem vidit et Cimbricae proluem Methasis studio satis addictum
Generosum etiam quem Danum nominant, observavit aulas gentium mo=
res et quae ipsi sciebant circa studia, Inde per parvam Gothiam navi
ad Sueciam transiit cum etiam regem et regnum observavit viros do=
ctos adiit et amplexus aliquot nimium hospitio ad eum commendatos dono
accepit, ibique primum familiae insigniae reliquit quod postea in omnibus prae=
cipuis Germaniae hospitiis dimiserit,